

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ociositas a
cum fonte primo

Nullus fructus ocii, immo magis
dispendium; ociosus Esau amisit
primatus benedictionem quia maluit
cibum accipere quam querere.

Ambrosius in epistola ad Versellenum.

Nullum opus dormientis est,
nullus fructus otii, immo magis
dispendium. Otiosus Esau amisit
primatus benedictionis, quia maluit
cibum accipere quam quaerere;
laboriosus Iacob apud utrumque
parentem invenit gratiam.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistulae*
extra collectionem traditae, 14, 99
(CSEL 82.3, M. Zelzer ed., p.289,
ll.1037-1041).